

UM; z ita nullum est dubium, hanc quam JCTus adfer: legis suæ rationem inde desuuntam esse, præsertim cum sa- tis constet Papinianum ( ex cuius l. XIX. quæstionum translata dicitur) stoicæ philosophiæ fuisse deditum, quod & ex aliis colligi potest ejus fragmentis, & ex Besoldo de- cetur apud celebrem olim Silesiæ JCTum NICOLAVM HENELIVM. a Et hinc simul illustratur l. i. §. 1. de in- spic. ventr. ubi Ulpianus non minus stoicus b præceptorem suum c sequitur, nec non ejusdem l. 8. π. ad L. Cornel. quam, dum hæc scribo etiam ex placitis Stoicorum à con- sultissimo DN. KRESSIO d illustratam video. Hæc si quis perpenderit, facile perspiciet ad mentem Papiniani atque Ulpiani declarandam non multum facere distinctionem inter partum vitalem, & non vitalem, quippe quibus uterque non erat homo. Plura adhuc à commentariis patiuntur ver- ba: *de jure naturali*, quod *natura omnia animalia docuit*, uti loquitur ULPIANUS l. i. π. de J. & J. nec non J. L. I. tit. II. ad quæ miras dissensiones, mira cogitationum phantasmata reperire licet. Alii enim nescio quod bestia- le jus inde eruunt, imo ut hoc evincant, & aliquam bru- torum rationem comminiscuntur: alii ad defendendum Tribonianum miris ipsum torquent interpretationibus: alii denique hic se offendisse existimant quod Triboniam erroris manifeste arguat. Hæc dissidia jam a. 1663 cognatum civemque meum JO. FRID. HORNIUM mo- verunt, ut Trajecti ad Rhenum eruditam ederet *de subje- cto juris naturalis commentationem*, in eo potissimum occu- patam,

z *Physiol. stoic. L. III. diff. VII.*

a *In comment. de vett. JCTis. cap. XXII. p. 104.*

b *Vid. Henel. l. c. c. XXIX.*

c *Ulpianum ac Paulum Papinianum non discipulos sed συν- χρόνος fuisse egregie ostendisse dicitur Cujacius L. I. qv. Papin. p. 2. apud Christ. Otthon. à Beckelen de diversis familiis JCTorum c. VI. p. 61. sed mea hoc non implicat: esse Ἐ σύνχρονον Ἐ discipulum.*

d *In diff. inaugural. de crimine abortus.*